Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1046010

Kreis
Steinfurt
S 188

1270 November 1 Burg Horſtmar.

Biſchof Gerhard von Münſter bekundet den Verkauf des Erbes Oldenthorpe, Kſpls. Rheine (wohl Hinterding, Kſpls. Meſum) an die Kommende Steinfurt.

G., Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus, omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod constituti in nostra presentia Hermannus et Thidericus fratres dicti de Borchorst et Margareta uxor ipsius Hermanni mansum dictum Oldenthorpe situm in parrochia Rene, quem ipsi cum hominibus mansum eundem inhabitantibus, cum quibuscunque aliis eius pertinentiis et iuribus . . magistro et fratribus domus hospitalis sancti Johannis in Stenvordia mero proprietatis iure [pro] quinquaginta et IIII^{or} marcis numerate sibi pecunie vendiderunt venditione legali, ad opus sive manus domus predicte liberaliter resignarunt abrenunciantes plenarie et absolute omni iuri, quod ipsis conpetebat vel quoquo modo conpetere poterat in premissis. Acta sunt hec apud castrum Horstmare, presentibus Wernero decano sancti Martini et Themone canonico sancti Pauli Monasteriensis, Bernardo magistro et Bernardo sacerdote domus predicte, item Bernardo plebano in Horstmare et Johanne presbytero eius socio, Winando dicto Dancevot milite et pluribus aliis. Anno Domini M^{o}cc^o septuagesimo, in die omnium Sanctorum.

Orig. Siegel ab. VIII. Rep. II. 1. b. 27. Nr. 6. Kopien im Kopiar B fol. 60 und A fol. 44; nach letzterem gedruckt Darpe, S. 18. Regeſt Nieſert V, S. 50.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007